

Epithalamia

Honori & Felicitati Nuptiarum

Reverendi Doctissimiq; Viri,

DN. MICHAELIS FÖRSTERI,

Pastoris Stroppensis fidelissimi,

secundum Sponsi:

Et Honestissima Pudicissimaq; Fœmine,

MARTHÆ STEUDNERIÆ,

Viri Doctissimi, Humanissimi, Præstantissimiq;

DN. DAVIDIS NEUBARTI,

Ludimoderatoris quondam Bo-

leslaviensis meritisimi,


relictæ Viduæ,

secundum Sponsæ;

8. August. 1645.

Ravviti in Poloniâ celebrandarum

consecrata.



BRESLÆ, Exscripsit GEORGIUS BAUMANNUS.

Ad Sponsum secundum se-
cundum.

Con IVg II q Va sa Cra paras, no Ve n Vpte, se CVn DI,
E Veniant Verè sa Cra se CVn Da pre Cor.

THEODORUS de LEONASTRO

Neapolitanus.

Eusebies FÖRSTERE decus, Sophiæq; Corona
Conjugii sancti pacta secunda subis?
Omnia cum mundi tendant sursum atq; deorsum
Regna? sit in ferro cuncta reposta Salus?
Cum glomerent MARTIS certatim prælia cruda
Et conjurato foedere, tela ferant?
Hispanus, Gallus, Germanus, Belga, Britannus,
Pannonius, Svecus, Scotus, Iërna, Danus;
Nil tamen hæc curas, animosè vota secunda,
Expetis, à DOMINO fata secunda cupis.
Eruis ex oculis undas, laticesq; dolorum,
Annuit optato cardine læta VENUS.
Æstas post hyemen sequitur, post nubila PHŒBUS,
Pax bellum, luctus gaudia digna, premunt,
Mutat terra vices, succedunt prospera rebus
Adversis, quatunt & sua fata torum.
Non malè si nunc est, & sic erit omnibus annis,
Grata superveniet cum bonitate dies.
Dignus es his tædis FÖRSTERE, novaq; Maritâ,
Propria linque aliis, Tu tua bella gere.
Sit diuturnus Amor, defensio mutua, rerum
Jus commune, fides, sit sobolesq; precor.

Cætera

Cætera JOVA regat : Concordia firmet : & insit
Velle duobus idem , nolle duobus idem .

Veritò lubensq; lusit ,
JOHANNES HUBRIGIUS
Illustriss. Duc Monstерб. & Olsnensis ,
Consiliar. & Secretarius.

Reverendo & doctissimo Viro
Dn. MICHAELI FOERSTERO
Pastori STROPPENSI

Ὑγιαίνων ἡγὴ δευτέρου γαβόγα μὲν.

Qui quondam solitus Stroppum gestare , Sacerdos ,
Censetur Capiti conciliasse decus.
Seu fuerit Strophium , lepidæ seu Schema Coronæ
Grande Sacerdotis Stroppus Agalma fuit .
Spectamen , PASTOR STROPPENSIS , amabile Mystæ,
Quem Dux , quem Populi flos melioris amat :
Stroppensi , Stroppe Tu delectaris , in Agro ,
Stroppe canentes vis decorare Comas.
Prescius ista loquor ? Lectam vis ducere Martham ,
Quæ Tibi , ceu Capiti , Stroppus honoris erit.
Stroppus erit , Stroppæ sancto sociata Ministro :
Mens cata se cunctis scit simulare Locis.
Si qua domi jusfos obit indefesa Labores
Nupta , meret dici pulchra Corona Viri.
Si qua pudenda patrat , penitas vitiare Medullas,
Ut putredo vorax , Uxor , in osse , solet .

Hoc est, quod Salomon plenus Sapiente putavit: Prov. 12. 4

Hoc est, quod Pectus, quod sapit, omne probat.

Stroppus ut ergo sui decorabat Tempora Mystæ:


Sic Stroppus charo Martha sit Uxor Hero.

Stet Caput & Stroppus Capitis: Stroppensis honoret

Illud & hunc, cultu qui repareretur, Ager.

M. HENRICUS CLOSIUS Gymn.

Magdalenæi Rector Vratislaviæ.



Aliud.

DUm pharetrata cohors Mavortis funditus ense

Et flammâ Patriæ depopulatur agros.

Förstero & vitæ sociam Mors aspera fidam

Dum perimit, viduus voce gemente sonat:

Lætificam pacem Patriæ, & pietate priori

Consortem similem, da precor alme DEUS!

Annuit his precibus Numen, talem & dedit olim ut

Sara, Rebecca, Rabel, Judith, Abisag erat.


O primum tandem votum simul impleat iste

Qui vota implevit posteriora DEUS!

Ita corditus p.

VINCENTIUS STEPHANI Münsterb:

Ecclesiastes Ravicenf:



FUnera tu postquam flevisi sæva prioris

Conjugis, egisti & tristis in orbem dies;

Nunc aliam, vitæ sociam DEUS auctor amoris

Mittit inire tuum, dulcis Amice, thorum.

Gratulor

Gratulor ex animo: sint vota secunda secunda;
Conjugium vestrum fata secunda beent.

Honoris ergò f.

GOTHFREDUS HOFMANUS

Ecclesie Ravicensis Diaconus.

Qui lacrimas tecum fudi prius, Optime Sponse,
Liqueret ut tua te MARGARIS, ecce, pia.
Gaudia nunc tecum merito suavissima duco, (sinuet.
MARTHA in MARGARIDOS se locum ut in
Congruus incipio Typus heic ut, congrua sit mens, (erit.
Sic, quod MARGARIS, hac MARTHA operosa item
Ab M quam gratum! nam, extinctâ MARGARE,
Consertem rursus seligis, ecce, Tori.) MARTHAM
Cuncta secunda ferat Torus ille secundus, & Ipsa
Sponsa secunda, secunda ut fiet, oro DEUM.

Dno. Dollegæ & Compatri di-
lecto Fausti omnis ergò
deproper.

JOHANNES STOSCHIUS

Diaconus Ecclesie Stropensis.

Da Deus ut videant oculis pia corda piorum.
Nuptorum, fausti pignora multa thori.
Crescat amor captus, quantum precor ipsa pudica
Vita, Fides, Pietas cingat utrumq; labrum.


JOANNES JANCOVIUS

Pastor Rumbergens.

Qui vocor ad sacros Hymenæi letus honores?
 Quis genius Musam suscitât igne novo?
 Vix Patriæ cineres lugubri carmine fletam,
 Et quæ cum Patriâ spes mea, resq; ruit.
Nunc alibi Musis sedes quærenda, vel illa
 Durior, aut Patriæ nomen & omen habens.
Felix, cui licuit fastum jactasse Biantis,
 Quæ mea sunt, mecum pectore cuncta fero.
Quæ stupet attonitum vulgus sortisq; reguntur.
 Arbitrio, non huc annumeranda bona:
Mutâsti Patriam felici sidere Sponsa,
 Nec Patriæ flammâs, nec quoq; busta vides:
Fugisti Patriam charo viduata marito.
Nunc peregrè thalamos Sponsa putica subis,
 Sic benè: Si renuit natalis terra salutem,
 Forsan in ignotâ fors bona surget humo.
Ifelix, tædæ fautor Deus isse secundet,
 Sponsaq; cum Sponsa certet amore pari,
Omnes cum Sponso feliciter exigat annos,
 Et faciat Natum dicere sæpè Patrem.
Omen, si Patris, aut Matris, valet, atq; Boleslæ
 Hæc fuerit vates, hoc quoq; Thejologus.
Hic dein aut rursus surgenti tectâ Boleslæ,
 Aut Patriam multis vatibus esse canet,

Boni ominis e, posuit
 Johann Seiler Boleslav.

ψιλομαθης S.



Sparsisti!

Sparfisti in bustum tristis, quasi semen in agros,
 Consociam fidam, quæ unanimisq; tibi.
 Ast cereris segetem vice permutavit IÖVA,
 Ex agris rapuit semina nata tibi;
 Nunc alia econtrà tibi cordis sparsit in arva,
 Quorum proventus te refecare jubet.
 Frugiparæ jamjam constant, heus, tempora Messis,
 Queis frumenta agri falce resecta cadunt.
 Idcirco ad Messem, FÖRSTER Vir Docte, vocaris
 Maturas FRUGES, collige mente, datas;
 Has etiam lectas introduc horrea cordis
 Quæ non discedant, semper at his maneant.
 Gratulor has FRUGES, ditisq; ut munere sortis,
 Semina dent iterum, corde vovente precor!

συχαιπον adjecit

CHRISTIANUS ARNDT

Marglisf. Lusat. Gymnas. Wratisl.

D. Magdal. Alumnus.

IN viduo thalamo FORSTERUM frigida membra
 Iactasse, & maclum secubuisse piget
 Nunc caelebs festas tadas Sanctosq; Hymenæos
 Legitimiq; thori fædus inire parat
 Gratantur, lætaq; omen cum voce salutant:
 Quos charis & pleno Numine Phæbus amat.
 Quam non dant homines, opto Tibi corde salutem;
 Dat DEUS his votis pondus inesse meis.

Honoris ac Favoris ergò sic Canebat

ANDREAS MEIRICH Gymnas:


Magdl: Wratisl: εντροφῶ.

Quod

Aldio, Chare parens, tangi tibi pectus amore;
Nam Sociam jungis, quæ mihi mater erit.
Gratulor ex animo, Votisq; aliis mea jungo,
Chara tibi uxor sit mater & ipsa mihi.
Confociis vobis sint tempora prosperatæ
Ac vobis vitæ commoda larga fluant.
Temporibus Pylit longævis Arbitræ vi,
Utile quod nobis, vos beet, usq; precor.

Sing: Amor: & hon: ergò fecit
Filius obsequentis:

CHRISTIANUS FORSTERUS.



Sponsus ad Sponsam.

MArtha veni, dilecta veni, mecumq; secundi
Ingredere & nostri fœdera casta Tori.
Sponsa secunda mihi es, mihi nubis & ipsa secundo
Dignior haut viduo visa mihi vidua.
Ergò DEUS nobis det prospera quæq; secundis,
Delitiis viduum nec finet esse torum.

M. F. P. S. S.

Annus mundi
5594.

Sponsa ad Sponsum.

SI VVLTVs speCieM CernIs, tIbI fVSCa VoCabor,
SI Mentem, InterIVS CanDIDA for Ma sVbest.

Th, d, L, N.

